

## Prologus.

**I**ncepit prologus beati hieronimi in librum Job.

**D**icor per singulos scripture diuine libros aduersario rum respodere maledictis qui interpretationem meam reprehensiones septuaginta interpres cum erimuntur: quasi non et apud grecos aquila summachus et theodocion. vel verbum e verbo. vel sensum e sensu. vel ex utroque commixtum et medie temperatus genus translationis expesserint et omnia veteris instrumenti volumina. Origenes obelis asteriscis distinguenterit. quos vult additos vel de theodocione sumptos translationi antiquae inseruit. probans defuisse quod additum est. Discant igitur obrectatores mei recipere in toto quod in partibus suscepunt: aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Negant enim fieri potest ut quos plura intermissoe suscepint: non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur. precipue in iob: cui si ea que sub asteriscis addita sunt subtraxeris. ps maxima detractur. et hoc datur apud grecos. Letez apud latinos ante ea translatione quam sub asteriscis et obelis nunquam edidimus. septuaginta ferme aut octingenti versus desunt: ut decurtae et lacerae corosusque liber feditate sui publice legentibus presententur. Nec autem translatio nullum de veribus sequitur interpretationem: sed ex ipso hebraico arabicoque sermone. et interduum syro: nunc verba: nunc sensus: nunc simul utruque resonabit. Obliquis enim etiam apud hebreos totus liber fertur et lubricus. et quod greci rhetores vocant schematizenes. dum qui aliud loquitur. aliud agit. Ut si velis anguilam vel murenam stricis tenere manibus: quanto fortius presseris. tanto citius elabitur. Nemini me ob intelligentias huius voluminis liddeum quandam preceptorem. qui apud hebreos primus haberetur. non paruis redemisse numis: cuius doctrina an aliquid profecerim. ne scio. Docendum scio: non potuisse me interpretari: nisi quod ante intelleceram. A principio itaque volumis usque ad verba iob apud hebreos prosa oratio est. Porro a verbis iob in quibus ait. Dereat dies in qua natus sum. et nor in qua dictum est. conceptus est homo: usque ad eum locum ubi ante finem volumis scriptum est: Idcirco ipse me reprehedo et ago penitentia in fauilla et cinere: hermetri versus sunt. dactylo spodeoque currentes. et proprie lingue idioma crebro recipites et alios pedes. non earundem syllabarum: sed eorundem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis et tinulus fert numerus pedum solutus: quod metri magis quam sim-

## In Job

plex lector intelligat. A supradicto autem versu usque ad fine libri. paruum coma quod remaneat: prosa oratione continetur. Quod si cui videtur incredulum. metra. scilicet apud hebreos. et in morem nostri flacci grecorum pindari et alcei et sappho. vel psalterium. vel lamentationes hieremus. vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendendi: legat philemonem. iosephum. origenem. celariensem euangelium. et eorum testimonio me vero dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei. idcirco me in hoc volumine laborasse: non ut interpretationem antiquarum reprehendere. sed ut ea que in illa aut obscura sunt: aut omissa. aut certe scriptorum vestigio depravata. manifestiora nostra interpretatione fierent: et hebreum sermonem ex parte didicimus et in latino pene ab ipsis cunabulis iter grammaticos et rhetores et philosophos detinimus. Quod si apud grecos post septuagita editionem: iam christi euangelio coruscante iudeus aquila et summachus ac theodocion iudaizantes heretici sunt recepti qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt. et tamen in hexaplio habentur apud ecclesias et explanantur ab ecclesiasticis viris: quantum magis ego christianus. et de parentibus christianis natus. et verillum crucis in mea fronte portans. cuius studium fuit omissa repetere. depravata corrigerem. et sacramenta ecclesie puro et fidei aperire sermone: vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro argenteoque descriptos. vel vinalibus. ut vulgo aiunt. his onera magis exarata quam codices: dummodo michi meisque permittant pauperes habere scedulae. et non tam pulcos codices quam emendatos. Ultraque autem editio et septuaginta iuxta grecos. et mea iuxta hebreos. in latinum meo labore translata est. Eligat unusquisque quod vult. et studiosum me magis quam maluolum probet.

Item aliud prologus.

**S**i aut fiscellaz iuncto tererem. aut palmarum folia complicarem. ut in sudore yulatus mei pinederem panem. et vetris opere sollicita mente pertractarem: nullus morderetur: nem reprobenderet. Nunc autem quia iurta sententiam saluatoris volo operari cibum qui non perit. et antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisque purgare: error mihi geminus infigitur: corrector vitiorum falsarius vocor: et errores non auferre. sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo ut etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulcos volunt habere codices quam emendatos. Quapropter fratres dilectissimi vnicum nobilitatis et humilitatis exemplar. pro slabello calathis

## Prothematā

sporcellisq; munuscūl'mōachorū. spiritualia  
hęc z masura dona suscipite; ac btm iob q  
ad huc apd latinos iacebat i stercore. z ver  
mibus scatebat errorum: integrum imma  
culatumq; gaudete. Quomodo enī post  
probationem atq; victoram duplia sunt  
ei vniuersa reddita. ita ego in lingua no  
stra vt audacter loquar. feci eum habere q  
amiserat. Igitur et vos et vnumquęq; le  
ctorem solita p̄fatione commoneo. et in  
principijs librorum eadem semper anne  
ctens rogo vt ybincunq; semper p̄ceden  
tes virgulas videritis. sciatis ea que sub  
iecta sunt in hebraicis voluminibus non  
haberi. Porro vbi stellę imago p̄fusse  
rit: et hebreo in sermone nō addira sunt.  
Necnon et illa que haberit videbantur et  
ita corrupta erant vt sensum legētibus tol  
lerent: oratibus vobis magno labore cor  
rexer. magis vtile quid et odio meo ecclē  
is xp̄i ventuz ratus. q̄ ex alioz negocio.

Argumentū in librum iob incipit.

**T**u terra quidez habi  
tasse iob busitidi i finib; idumęz z  
arabię fertur. z erat ei nomen iobab.  
Et accepit vxorem arabissam. et genuit fi  
lium quem vocavit ennon. Erat autem ip  
se filius quidem zareth de esau filijs fili:  
de matre vero bosra. ita vt sit quintus ab  
abraam. Et hi sunt reges qui regnauerūt  
in edom: in qua z ipse regnauit: sed prim⁹  
in ea regnauit balach filius beor. z nomē  
eiusdem ciuitatis naaba. Post balach au  
tem iobab qui vocatur iob. Post iob autē  
busam. qui erat dux ex themanorum regi  
one. Et post illuz regnauit ada filius be  
or. qui excidit madian i campo moab: z  
nomen ciuitatis eius chethaenith.

Argumentum explicit.

Prothematā in Job icipiunt.

**Q**uedam bystorie hic dicuntur. et allegorice.  
et moraliter quedam nequeunt ad litterā ac  
cipi. quia erronea essent. vel impossibilia. v'l a  
se inimicū discordantia. vt illud. s. sub quo curvantur  
qui portant orbem: quasi gigantes mundum rebant.  
et illud. s. Elegit suspenditum anima mea. quasi tam  
patiens velit suspedio vitaz finire. z illud. s. Pereat  
dies in qua natus sum ic. Aliquando qui sentium litte  
re negligit. veritatis lumen sibi abscondit: dum intr  
seus aliud querendo. quod foris est perdit. vt dum d  
mig operib; dicit. si negari qđ volebat paupib; al  
legoriam querat. Diversus est sermo. sicut in mysterijs  
prudentes exercet. ita superficie simplices refouet. quia  
est vt fluminus planus et altus: in quo agnus ambulet.  
elephas natet.

**O**ranti homini data est lex. Inobedientis legi cō  
funditur exēplo maxime hominis sine lege. qui  
legaliter vixit. Unde sydon erubescit. stabilitas in le  
ge positorum ait. mare gentilitez dum legem custo  
dit. auditores legis redarguit.

**D**icitur moyses hęc de iob quasi de antecedē  
nte scripsisse. quia in genesi legitur ioab de esau  
descendisse. et balac filio beor in regnum successisse.

## In Job

Sed mos est sacri eloquij in prioribus partibus bre  
viter longe post secutura perstringere dum ad alia p  
perat. Non igitur fuit iob ante legem. sed tempore in  
dicim. quia ipse verius creditur geltae victorie sua scri  
plisse. Nec nocet quod ait dixit vel fecit hęc iob. quia  
mos est sanctis de se quasi de alijs loqui. sp̄s em̄ est  
qui loquitur in ipsis. de ipsis sicut de alijs. Unde an  
gelus moysi modo angelus dicitur qui exteri⁹ seruit.  
modo dominus qui interius presidet. vnde et dauid.  
Attendite popule meus legem meam. non enim popu  
lus vel lex erat dauid. sed cī⁹ qui in eo loquitur.

**A** Et gentili sicut a inde voluit prophetari: qui  
p̄ retroq; populo venerat.

**E**t fructuosa loquacitas quasi verborum folia  
a diuinis rescatur. dum in templo dei nemus  
plantari prohibetur. Indignum est vt verba celestis  
ora cuius restringantur sub regulis donati.

**T**hus iob et in quiete magna fuit sibi nota et  
deo. sed flagellis commota vt aromata nobis re  
dolet. Unde et fides grano sinapis comparatur. quod  
non contritum lene est. sed si conteritur in ardescit. et  
quod latebat in eo prodit. vnde in psal. In die man  
danit dominus misericordiam suam. et nocte declara  
uit eam. Domu misericordie. quod in dici quiete per  
cipitur. nocte aduersitatis manifestari dicitur. Flagel  
latur etiam. vt inter mala gratias agere sciret. qđ vñ  
ci profecto deerat. Quod ergo hostis ad malum peti  
it. deus ad bonā permisit. Nec potest quis aliqua ver  
ba iob reprehendenda quem adeo commendat deus.  
in quo quasi medio dyabolus contra deus certat. Q  
ergo bona sua narrat non est arrogantia. sed per ea  
se ne desperet confirmat. cum per tot mala et amicorū  
opprobria cogretar desperare de vita sua.

**O**nus generi temptatioſis feritur iob. Damnis re  
orum quibus potens in ſeculo moneri putabat.  
hęc despiciat. Orbitate prolis. sed hanc equanimiter  
volet. Percussioē carnis quaž patienter tolerat. z hęc  
fuerunt quaž exterior impetus bellī. et quaž hostes a  
faci pugnantes. Intus vero per vxorem quaž p̄ cinē  
mens iuſtinat venena consiliū. sed z hāc sapiēter doc̄z

**F**aci ad consolationē veniūt. sed ad increpatō  
nem proſiliunt. inter quos et ultimus innior. q̄ i  
dignis sit. acris increpat. quia aliquā plus conturbat  
vba q̄ vulnera. Ecce quaž hostes ex latere. Per ver  
ba probat patientia. per verba exercetur sapiēta. il  
la robore. hęc rōne supauit.

**H**oc iob magis ignorantia deliquerunt q̄ ma  
gicia. Non enim tantus vir amicos iniquos ba  
bit. sed dum causam percussionum discernere neque  
int in culpan labuntur. Percussionum enim alia est  
qua percuditur iniquus. vt puniatur. alia vt corrigitur  
alia ne futura committat. alia vt cū consequitur salus  
saluator. amplius ametur. Bonus si percuditur meri  
ta cumulantur. quod nescientes distinguere percussus  
pro culpa credunt. vnde et citius ad veniam redeant  
quos deus hic humiliat. vt non nisi per eum quem de  
spererant ad gratiā recuperet.

**S**icut omnes iusti. ita iob non mō verbis. sed re  
bus christi p̄signavit: vt per passionē passi  
rū ondat xp̄m. i. caput cum corpore quod est ecclesia.  
Uxor eius carnales significat qui intra ecclesiam qua  
per fidem pp̄sunt durius vita premunt. Amici iob  
hereticos qui specie cōſulēdi decipere volūt. et dñ qua  
si pro domino loquuntur. veritati aduersantur. Job  
dolens dicitur quo passio christi: vel labor ecclesie ex  
primitur. Eliphaz domini contemptus. i. heretici qui  
dum falla de deo sentiunt. eum superbiendo contem  
nunt. Baldac vetustas sola. quia non intentō bo  
na. sed appetitu glorie loquuntur. i. non zelo noui bo  
minis. sed prauitate vite veteris. Sopbar dissipatio  
speculę. vel dissipans speculatorē. quia heretici mē  
tes supermas contemplantes. verbis percutere appetūt